

as ut interficiat me. Dixit helias. Vivit dominus exercituum ante cuius vultu sto. quia hodie apparebo ei. Abiit ergo abdias innocens sum achab. et indicavit ei. Venitque achab innocens sum helie. et cum vidisset eum ait.



Tu ne es ille qui conturbas israel. Et ille ait. Non ego turbavi israel sed tu et domus patris tui qui dereliquisti mandata domini. et secuti estis baalim. Verumtamen nunc mitte congrega ad me universum israel in monte carmeli. et prophetas baal quadringentos quinquaginta. prophetasque lucorum quadringentos qui comedunt de mensa ihezabel. Misit achab ad omnes filios israel et congregavit prophetas in monte carmeli. Accedens autem helias ad omnem populum ait.

Inscio prophetas confusionis.



In monte carmeli

autem baal quadringenti et quinquaginta viri sunt. Dent nobis duo boues. et illi eligant bouem unum et in frustra cedentes ponant super ligna. ignem autem non supponant. Et ego faciam bouem alterum. imponam super ligna. ignemque non supponam. Invoceate nomina deorum vestrorum. et ego invocabo nomen domini. et deus qui exaudierit per ignem ipse sit deus. Respondens omnis populus ait. Optima propositio. quoniam locutus est helias. Dixit ergo helias prophetis baal. Eligite vobis bouem unum et facite primum. quia vos plures estis. Et invocate nomina deorum vestrorum. ignemque non supponatis. Quod cum tulissent bouem quem dederat eis fecerunt et invocabant nomen baal de mane usque ad meridiem. dicentes. Baal exaudi nos. Et non erat vox. nec qui responderet. Transiiebantque altare quod fecerant. Cumque esset iam meridies. illudebat eis helias dicens. Clamate voce maiore. deus enim est et forsitan loquitur. aut in divorsio est aut itinere. aut certe dormit ut excitet. Clamabant ergo voce magna. incidebant se iuxta ritum suum cultris et lanceolis. donec perfunderent sanguine. Postquam autem transiit meridies nullis prophetis venerat tempus qui sacrificium offerri solet. nec audiebat vos neque aliquid respondebat nec attendebat oremes. dixit helias omni populo. Venite ad me. Et accedente ad se populo. curavit altare domini quod destructum fuerat. et tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum iacob ad quem factus est sermo domini dicens. israel erit nomen tuum. Et edificavit ex lapidibus altare in nomine domini. feceruntque aque ductum quasi pediculas aracuunculas in circuitu altaris. Et composuit ligna duodecimque per membra bouem et posuit super ligna. et ait. Implete quatuor idriis aquam et effundite super holocaustum et super ligna. Rursusque dixit. Etiam secundo hoc facite. Quod cum fecisset et secundo ait. Etiam tertio idipsum facite. feceruntque et tertio. Et currebant aque circa altare. et fossa aque ducti repleta est. xl.v

Inscio.

Inscio. cap. 125

Cumque iam tempus esset ut offerretur holocaustum